



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||

Johannes <Damascenus>

Parisiis, 1577

De iis, qui iuramentum violent, ac peierant. cap. xvii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)

A **N**ON affumes nomen Dei tui in vanum. Nec enim habebit ipsa fontem Dominus eum, qui assumperit nomen Domini Dei sui frustra. Non iurabitis in nomine meo rei iniquæ causa.

Ne iuraueritis, Vixit Dominus. *Exod. 20. osee. 4.*

Iurationi non assuecat os tuum: & nominatio Dei non sit assida in ore tuo. Sicut enim seruus excruciatu tota die à labore non minuitur: sic omnis iurans, & nominans nomen Domini, à peccato non purgabitur.

Dico vobis, non iurare omnino, neque per cœlum, quia thronus Dei est: neque per terram, quia scabellum est pedum eius: neque per Hierosolymam, quia

Biuuita est magni regis. Neque per caput tuum iuraueris, quia non potes capillum vnum album facere, aut nigrum. Sit autem sermo vester, Est, est, non, non. Quod autem his abundantius est, à malo est. Qui iurat in altari, iurat in eo, & in omnibus quæ super illud sunt: & quicunque iurauerit in templo, iurat in illo, & in eo, qui in ipso habitat: & qui iurat in cœlo, iurat in throno Dei, & in eo, qui sedet super eum.

Ante omnia, fratres mei, nolite iurare, neque per cœlum, neque per terram, neque aliud quocunque iuramentum. Sit autem sermo vester, Est, est, non, non, ut non sub iudicio decidatis.

C Iurare vtile non est, verum admodum perniciosum & execrabile atque abominandum. Nihil quocirca deinceps finem iurandi fac, nec committe ut lingua tua iuramenti assuecat.

De iis, qui iuramentum violent, ac peierant. *CAP. XVII.*

T DIXIT ad me Dominus, Quid tu vides? Et dixi, Video *zach. 5.* falcem volantem. Longitudo eius viginti cubitorum, & latitudo eius decem cubitorum. Et dixit ad me: Ingredietur in domum iurantis falsum in nomine meo: & delebit atque conficiet eum. Hæc dicit Dominus: Iuramentum mendax ne

diligatis. Hæc enim omnia odi, dicit Dominus.

D Accedam ad vos in iudicio, & ero testis velox malefiscis, & *Mal. 3.* adulteris, & periuris. In iustè iurauerunt in dolo: contempserunt pietatem.

Vir multum iurans implebitur iniquitate, & non discedet à domo illius plaga. Loquela multum iurans, horripilationem capit: & pugna ipsius obturatio aurium.

Qui rem falsam interposito iure iurando confirmat, is malum inhumanitatis lucrum, incertus hoc est periurium, acquirit.

Non ita pungit gladius, ut iuramentum: non ita interficit ensis, ut iuramenti vulnus. Chrysost.

E Qui iuravit, etiam si vita frui videatur, iam tamen plagam exceptit, atque interrit. Quæ *Hom. 13.* admodum enim qui restim accepit, prius etiam quam ex urbe egrediatur, & imminenter *ad p.* tem carnificem videat, tamen simulatque è tribunalis ianua exceperit, mortuus est: sic etiam *Antioch.* qui iuravit.

De fide ac pietate in Deum. *CAP. XVIII.*

F REDIDIT Abraham Deo: & reputatum est ei in iustitiam. Ecce pietas est sapientia. Radices piorum in munitionibus. Iustus ex fide viuet.

Domine Deus Israël, à finibus terræ prodigia audiuiimus. Spes est *Esa. 24.* pio: & dicent, Væ his qui infirmitate laborant. Via piorum recta extitit & patata. Pij prudens consilium inierunt: & ipsum consilium manet.